Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Deus.

unũ de pusillis istis qui in me cre
dunt: expediet ei ut suspendat̃ mo
la asinaria in collo eius. & demergat̃
in pfundum maris. Ve mundo
a scandalis. Necesse est enim ut ue
niant scandala. Verũtamen ue homi
ni. p quem scandalum uenit. Si aũt
manus tua uel pes tuus scandali
zat te abscide eum & proice abste. Bo
num tibi est ad uitam ingredi debi
lem uel claudum: q̃m duas manus
uel duos pedes habentem mitti in ig
nem eternum. Et si oculus tuus sca
dalizat te erue eum & proice abste.
Bonum tibi est cum uno oculo ad
uitam introire: q̃m duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis.
Videte ne contemnatis unũ ex his
pusillis. Dico enim uobis: quia an
geli eorũ in celis semper uident faciẽ
patris mei qui in celis est. Venit enim
filius hominis saluare q̃ perierat.
Quid uobis uidet̃? Si fuerit alicui
centũ oues & erraũerit una ex eis.
nonne relinquit nonaginta nouem de
sero & uadit quere eam que erraũ?
Et si contigerit ut inueniat eam: amen
dico uobis quia gaudebit super eã
magis q̃m super nonaginta nouem
que non erraũerũt. Sic non est uo
luntas ante patrem uestrum qui in celis
est. ut pereat unus de pusillis istis.
Si aũt peccauerit in te frater tuus: va
de & corripe eum inter te & ipsum so
lum. Si te audierit: lucratus es fratrem
tuum. Si aũt te non audierit: adhibe
tecũ adhuc unũ. uel duos: ut in ore
duorũ uel trium testium stet omne
verbum. Quod si non audierit eos: die
ecclesie. Si aũt ecclesiam non audierit:
sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Amen dico uobis: quecũq; alligaueritis
super terram erunt ligata & in celo: et
quecũq; solueritis super terram erũt so
luta & in celo. Iterũ dico uobis: quia
si duo ex uobis consenserint super terra
de omni re. quamcũq; petierint. fiet
illis a patre meo qui in celis est.
Vbi enim duo uel tres congregati fuerint
in nomine meo. ibi sum in medio
eorũ. Tunc accedens petrus. dixit ei.
Domine quotiens peccabit in me
frater meus & dimittam ei? Vsq; ad sep
ties. Dixit illi iesus. Non dico
tibi usq; septies: sed usq; septuagies
septies. Ideo assimilatũ est regnũ
celorũ homini regi. qui voluit ro
nem ponere cum suis suis. Et cum
cepisset ronem ponere: oblatus est ei
unus qui debebat decem milia tale
ta. Cum aũt non haberet unde redderet:
iussit eũ dominus eius uendari.
& uxorem eius. & filios. & omnia que
habebat. & reddi. Prosternens aũt suus
ille rogabat eum dicens. Patiẽtia
habe in me. & omnia reddam tibi.
Misericors aũt dominus fuit illius.
dimisit eum. & debitum dimisit
ei. Egressus aũt seruus ille inuenit
unũ de conseruis suis. qui debebat
ei centum denarios. Et tenẽs suffo
cabat eum dicens. Redde q̃ de
bes. Et procidens conseruus eius roga
bat eum dicens. Patiẽtiam habe in
me. & omnia reddam tibi. Ille aũt
noluit. sed abiit. & misit eum in car
cerem. donec redderet debitum. Vide
ntes aũt conserui eius que fiebãt: con
tristati sunt nimis. Et uenerũt. et
narraũerunt domino suo. omnia q̃
facta fuerant. Tunc uocauit illum
dominus suus. & ait illi. Serue ne